Arrest Du parlement Entre les Changeurs et les orfeuvres De Paris.

Du 10 Janvier 1421.

Karolus Dei gratia francorum Rex universis presentes litteras inspecturis Salutem. notum facimus quod litigantibus in nostri parlamenti curia magistris juratis gardiis seu custodibus ministerii auri fabricae parisien. girardo campani petro hazart hillario benoist, Petro bienvenue yoteode-monēbus et Morelli petro magistri johanne fouquelin Benoise andrea Mignon, felis

Garneri Bartholomeo Manesseri et guillemo
duxi auri fabrius prout eorum quemlibet
tangebat ex parte una nec non magistris,
juratis, gardiis seu custodibus ministerii,
camptorum et procuratorem nostrum pro
nobis secum adjunctum, ex altera, super eo
quod dicti auri fabrij assumi poterat nec in
eo numerus determinatus seu limitatus
erat et quod usu et consuetudine Reipublicae
utilitate exigente ipsi consueuerant emere,
vendere et marcari aurum et argentum
monetatum et non monetatum pro
Implicando in suo antedicto Ministerio
aud aliter ad suum libitum, disponendo,
neque super est aut suo ministerio ante
dicto predicto camptores inspectionem seu
visitationem aliquam soleant et si que
impedimenta super hoc ad Instanciam
dictorum camptorum fuerant exposita
ex ordinatione deffuncti magistri Eustacij
de atrio tam Cancellarij nostri ad utilitatem
auri fabrorum emota et sublata extiterant

et quod nihilominus dicti campsores ex mutatione monetarum amplissima et omnia lucra ambientes captare proxime ad impediendum predictos auri fabros in suis juribus, usibus et mecaniciis antedictis, virtute cujusdam commissionis coram preposito nostro parisiensi aliquos dictorum aurifabrorum singulares cum quibus procurator et jurate sui ministerii se adjunxerant adjornari fecerant ad eum garne dicte provisionis a dicto preposito pendente processu requisite ad nostram dictam parlamenti appellatio. extitat quodque Jacobus descault sarmeus noster actemptando contradictam appellationem ad instanciam dictorum campsorum presentem Johannem hazart ex eo quod scutum aureum ad opus sui ministerii emerat, incarceraverat dictus hazart ad predictam nostri parlamenti curiam appellaverat consimiliter attemptando ut supra in operatorio predicti campsi duos nobiles aureos minimos per ipsos ad opus sui ministerii emptos prefatus sermeus —

arrestauerat et ceperat campsori ad predictam
nostram curiam appellauerat et que dicti —
appellantes certas litteras in forma requeste
ciuilis pro predictis appellationibus editas et
per nos confirmatas minime conard prefati
auri fabri ante dictas ciuilis requeste litteras
integrari requirebant aliis in causis dictarum
appellationum nec non ad finem absolutionis
et prouisionis respectu suorum bonorum
arrestatorum ac in dampnis interesse et
expensis concludebant dictus muneratos —
campsorum iuratas et nostro procuratore
secum adiuncto ex aduerso inter cetera dicentibus
et proponentibus quod per ordinationes a
nostris antecessoribus editas per nos —
confirmatas nullus sub pena confiscationis
corporis et bonorum de facto et cambii quod
utile et necessarium succurrendum publice
utilitati et cuius sui monetarum se
intromittere poterat nisi qui experti et
idonei campsores iuxta tenorem dictarum
ordinationum admittebantur quidque dicti—

auri fabri minus experti in cursu et intrin
secu valore monetarum habentes ministerium
a dictorum campsorum ministerio separatum
causa amplioris lucri captandi a certis
temporibus citra de facto cambii se intro-
mittere voluerant et de facto intro miserant
monetam auream et argenteam quamcumque
cum biando in suis operatoriis et fenestris
eorum more campsorum pannum seu tapiterium
extentum superpositis equitibus et cumulo
monetarum apponendo contra dictas processus
appellationes et ordinationes, in prejudicium
nostrum et grande reipublicae incommodum
attemptando, et ob hoc virtute certarum
litterarum nostrarum informatione facta
praedictos aurifabros super dictis excessibus
et attemptatis in dicta nostra curia
responsuros et super dicto principali
processuros adjornari fecerant, quare petebant
arresta et explecta contradictos hazart campsani
facta ad bonam et justam causam fuisse
factam, aurumque et bona arrestata,

confiscata fore declarari ad singulares dicti ministerii auri fabros ratione predictorum actemptatorum in emenda juxta ordinationum dictae curiae condempnari, ac etiam super dictis aurifabris in imposterum factam cambii exerceant inhiberi et mediantibus inhibitionibus aut aliis fundis predictam curiam sibi providere procuratore nostro Bleno requirente per dictas ordinationes respectu campsorum edictos observari protestans de prosequendo loco et tempore earumdem ordinationum transgressores ipsisque partibus super permissis et aliis pluribus hinc inde propositis antedictis et ad tradendum peris nostram dictam curiam informationes, processus ordinationes, litteras instrumenta et omnia quibus se juvare volebant et in aresto appunctatus et in super visis et diligenter examinatis litteris et processibus dictarum partium eidem curiae traditis et cum matura deliberatione consideratis considerandis

in hac parte prefata curia nostra per
suum arestum dictae civilique requestae
obtemperando predictas appellationes tam
per communitatem dictorum aurifabrorum
quam quod per singulares ipsius communitatis
factus excessusque et actemptata in hac
materia pretensos adnullavit et adnullat
absque emenda posuitque et ponit extra
processum singulares supra nominatos;
eisque sua bona occasione provisione
arrestata absque prejudicio principalis
causae et jure eorum pro hac vice deliberavit
et deliberat et ulterius de commodo predictis
et de aliquibus factis hinc inde propositis et
allegatis prefata curia se informabit qua
informatione facta per ipsam curiam
fiet jus dictis partibus prout decebit et
tantum per modum provisionis dumtaxat
quousque per legem ac predictam curiam
aliter fuerit ordinatum, dicti auri fabri non
poterunt emere billonum argenti sub
decem denariis regis et respectu aureae monetae

non poterunt emere monetam auri de presenti in nostro regno cursum habentem Sed si ipso facto sui ministerii sibi opus fuerit eisdem auri fabris per ordinationem generalium Magistrorum monetarum nostrarum prout decebit providebitur omnibus expensis indiffinitivum reservatis in cujus testimonium presentibus litteris nostris, jussimus nostrum apponi sigillum. Datum parisiis in parlamento nostro decima die januarii anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo primo et regni nostri quadragesimo secundo. Sic signatum per arrestum curiae Clement.

Karolus dei gratia francorum Rex primo parlamenti nostri hostiario vel servienti nostro super hoc requirendo Salutem tibi ad suplicationem magistrorum juratorum et gardiarum seu custodum Ministerii campsorum parisius committimus et Mandamus quatenus viso quodam aresto inter ipsos ex una parte, et magistros

juratos, gardias, seu custodes nominatos
ex altera in nostra dicti parlamenti curia
die decima januarii ultimo lapsa prefata
illud justa sui tenorem et formam, in
ejusque executionem executioni debite
demandamus ab omnibus autem
justiciariis et subditis nostris, tibi in hac
parte, pareri volumus et jubemus. Datum
parisius in parlamento nostro vigesima
octava die julii millesimo quadringentesimo
vigesimo secundo et regni nostri quadragesimo
secundo Sic signatum per curiam clemens.